MASTER NEGATIVE NO. 91-80391-15

AUTHOR:

STENZEL, JULIUS

TITLE:

DE RATIONE QUAE INTER CARMINUM EPICORUM PROOEMIA...

PLACE:

VRATISLAVIAE

DATE:

1908

Master Negative #

91-80391-15

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Stenzel, Julius, 1883-1935.
De ratione quae inter carminum epicorum prooemia et hymnicam Graecorum poesin intercedere videatur. Dissertatio...qvam...scripsit Iulius Stenzel... Vratislaviae, typis impressit H. Fleischmann, 1908.
36 p. $22\frac{1}{2}$ cm.

Thesis, Breslau. 1908.

Volume of pamphlets

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 12-30-91 INITIALS M.B.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

DE RATIONE, QUAE INTER CARMINUM EPICORUM PROOEMIA ET HYMNICAM GRAECORUM POESIN INTERCEDERE VIDEATUR

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM VRATISLAVIENSIVM ORDINIS CONSENSV ET AVCTORITATE AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS SCRIPSIT

IULIUS STENZEL

DIE V MENSIS AVGVST ANNI MCMVIII HORA XI ET DIMID.
DISSERET DOCTORANDVS IN AVLA MINORE
DE GENERIS VERBI GRAECI QUOD MEDIUM VEL MEDIOPASSIVUM VOCATUR VI ATQUE USU
DEINDE PROMOTIO ERIT

VRATISLAVIAE
TYPIS IMPRESSIT H. FLEISCHMANN
MCMVIII

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit
PAULUS WENDLAND.

Examen rigorosum habitum est die XIX. mensis Februarii anni 1908.

FELICI IACOBY
ET
PAULO WENDLAND

SACRUM

Libri, quos saepius laudavi:

Adami, de poetis scaenicis graecis hymnorum sacrorum imitatoribus (Jahrb. f. klass. Phil. Suppl. Bd. XXVI (1901) 213.)

Ausfeld, de Graecorum precationibus quaestiones (Jahrb. f. klass. Phil. Suppl. Bd. XXVIII (1903) 503.)

Maass, Orpheus. Monaci 1895.

Ziegler, de precationum apud Graecos formis quaestiones selectae. Diss. Vratisl. 1905.

Caput I.

Recensenti mihi prooemia carminum epicorum primo obtutu tria genera maxime varia distingui posse videntur. Ac primum quidem Homerica species talem in modum constitui potest:

Musa breviter invocatur, res describendae breviter comprehenduntur et exponuntur, denique poeta nos docet, unde narratio ordiatur. Testem adhibeo Aristotelem, qui quamquam de oratorum prooemiis disserit, epicorum exemplis quasi speciminibus utitur rhet. Γ 1415 a 12:

ἐν δὲ τοῖς λόγοις καὶ ἔπεσι δεῖγμά ἐστιν τοῦ λόγου (τὸ προοίμιον), ἵνα προειδῶσι περὶ οὗ ᾖ[1]) ὁ λόγος καὶ μὴ κρέμηται ἡ διάνοια: τὸ γὰρ ἀόριστον πλανᾷ. ὁ δοὺς οὖν ὥσπερ εἰς τὴν χεῖρα τὴν ἀρχὴν ποιεῖ ἐχόμενον ἀκολουθεῖν τῷ λόγῳ. citantur prooemia Iliadis et Odysseae.

Quam speciem longe saepissime imitati sunt poetae epici.

Alteram ipsam quoque Aristotelis verbis demonstrabo: Rhet. Γ 1415a 1:

ἔτι δ'ἐκ τῶν δικανικῶν προοιμίων. τοῦτο δ'ἐστὶν ἐκ τῶν πρὸς τὸν ἀκροατήν, εἰ περὶ παραδόξου λόγος ἢ περὶ χαλεποῦ ἢ περὶ τεθρυλημένου πολλοῖς, ὥστε συγγνώμην ἔχειν, οἷον Χοιρίλος

νῦν δ'ὅτε πάντα δέδασται.

Quo in prooemio — exstat apud scholiastam huius loci — Choerilus poeta queritur nihil iam rerum heroicarum sibi canendum a poetis relictum esse; itaque se scripturum bella

---

[1]) nonnulli codd. ἦν.

Persarum et Graecorum. Tales cogitationes πρὸς τὸν ἀκροατήν quae vocantur passim inveniemus. Demonstrabitur, quo modo magis magisque persona poetae clara exstiterit et de se ipsa egerit, id quod plane omiserunt poetae Iliadis atque Odysseae. Utraque prooemii forma, quae iam ab Aristotele optime illustrata est, ut modo demonstravimus, deinceps a poetis posterioris aetatis adhiberi non desita est.

Tertiam formam prooemii usurpaverunt Hesiodus in theogonia — dico theogoniae formam quae nobis tradita est —, Aratus, Lucretius, Vergilius in Georgicis, Oppiani aliique: hymnum praeposuerunt carminibus. Alii paululum mutaverunt hanc formam, cum ceteris coniunxerunt, ut fere tales res inter se miscentur. Haec tertia species compluribus de causis digna videtur, quae accuratius anquiratur. Nam primum hymnos homericos qui nunc vocantur voce prooemii nuncupatos esse constat; facile igitur suspicetur aliquis rationem quandam intercedere inter hymnos et prooemia. Quibus de hymnis hoc fere statuendum videtur: cum ludis aliisve diebus festis recitarentur partes epicorum carminum, praeponebatur singulis carminibus hymnus quidam in honorem eius numinis, quod celebrabatur[1]); quos hymnos iam Pindarus et Thucydides prooemia nominaverunt. cf. Pind. Nem. II, 1:

> Ὅθενπερ καὶ Ὁμηρίδαι
> ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πόλλ' ἀοιδοὶ
> ἄρχονται, Διὸς ἐκ προοιμίου καὶ ὅδ' ἀνὴρ
> καταβολὰν ἱερῶν ἀγώνων νικαφορίας δέδεκ
> ται πρῶτον Νεμεαίου
> ἐν πολυυμνήτῳ Διὸς ἄλσει.

---

[1]) Wilamowitzius: (Kultur der Gegenwart I 8 p. 16.)
Wenn die Rhapsoden an den Götterfesten vortrugen, schickte es sich, dass sie der heroischen Erzählung eine Huldigung gegen den Gott vorausschickten, dem das Fest galt. Wie es nahe lag, hat sich daraus hie und da ein Gedicht entwickelt, das von den Taten, namentlich von der Geburt des Gottes statt von einem beliebigen Abenteuer vor Ilion oder Theben handelte.
Sed vide etiam Maass Orph. p. 202 et infra pag. 9 adn. 2.

Thuc. III c. 104, 4. δηλοῖ δὲ μάλιστα Ὅμηρος ὅτι τοιαῦτα ἦν, ἐν τοῖς ἔπεσι τοῖσδε, ἅ ἐστιν ἐκ προοιμίου Ἀπόλλωνος. sequuntur verss. 146 sqq. hymni in Ap. Del.[1]).

vides eos quoque hymnos maiores, quos Wilamowitzius (cf. adn.) iam non vera prooemia esse censet, hoc nomine nuncupatos esse. Equidem nescio an potius illi maiores hymni antiquiores putandi sint. Sacrae enim fabulae de ortu vita factis deorum, quippe quae sint cultus ritusque partes, prius cantatae esse mihi videntur quam illae res ab heroibus hominibusque gestae, quas rhapsodi qui vocantur ex Ionia transtulerant[2]). Quod si statues, facilius intellegetur

---

[1]) Scholiast. ad Thuc. III, 104,20 ἐκ προοιμίου, ἐξ ὕμνου. τοὺς γὰρ ὕμνους προοίμια ἐκάλουν. Wolff Prolegg. Halis 1795 p. CVII „quippe qui solemni recitationi aliorum carminum praeluderent . . .“

[2]) Congero hymnorum hom. exordia, ex quibus colligi potest quae secuta sint. Ac primum quidem demonstrabitur aliquid secutum esse.
αὐτὰρ ἐγὼ καὶ σεῖο καὶ ἄλλης μνήσομ' ἀοιδῆς. legitur in hymnis II, III, VI, X, XIX, XXV, XXVII, XXVIII, XXIX, XXX. huc pertinent etiam VII, 58:

> οὐδέ πη ἔστι
> σεῖό γε ληθόμενον γλυκερὴν κοσμῆσαι ἀοιδήν.

Ut in certamine vincat, poeta precatur in hymno VI:

> . . . . δὸς δ' ἐν ἀγῶνι·
> νίκην τῷδε φέρεσθαι, ἐμὴν δ' ἔντυνον ἀοιδήν,

fortasse etiam in hymnis XXIV: χάριν δ'ἅμ' ὄπασσον ἀοιδῇ
et XXV: χαίρετε τέκνα Διός, καὶ ἐμὴν τιμήσατ' ἀοιδήν.

Sed quid cantaturi sunt poetae? De hominum heroumve factis, id est de carmine epico, loquitur poeta hymni XXXI et XXXII

XXXI, 18: ἐκ σέο ἀρξάμενος κλήσω μερόπων γένος ἀνδρῶν
ἡμιθέων, ὧν ἔργα θεαὶ θνητοῖσιν ἔδειξαν.

XXXII, 18: σέο δ' ἀρχόμενος κλέα φωτῶν
ᾄσομαι ἡμιθέων, ὧν κλείουσ' ἔργματ' ἀοιδοί,
Μουσάων θεράποντες, ἀπὸ στομάτων ἐροέντων.

(cf. Apoll. Rhod. I, Ἀρχόμενος σέο, Φοῖβε, παλαιγενέων κλέα φωτῶν μνήσομαι).

Jam Maass Orph. p. 202 recte monet hymnumalterum quoque interdum secutum fuisse; nam dicunt poetae

> σεῦ δ' ἐγὼ ἀρξάμενος μεταβήσομαι ἄλλον ἐς ὕμνον,

ut IV, IX, XVIII.

semper aute epicam narrationem numen brevi hymno invocatum esse; mos enim servandus erat; quamquam concedo illum usum satis superque intellegi posse ex universo more Graecorum a diis incipiendi: ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα non minus in conviviis, quam omnibus in rebus gerendis:

cf. Pind. fr. 75 Bergk.

θεοῦ δὲ δείξαντος ἀρχὰν
ἕκαστον ἐν πρᾶγος εὐθεῖα δὴ
κέλευθος ἀρετὰν ἑλεῖν
τελευταί τε καλλίονες.

Sed eo verisimilius mihi videtur prooemia precationis [1]) vel hymni loco posita esse. Nonne Theognis, ut alios quoque poetas, qui non sunt epici, afferam, initio libri ponit hymnum tripertitum? [2]) Nonne Pindarus, cum incipit carmina, persaepe utitur formulis precationum hymnorumque [1]), non monet dilucide de more convivali in prooem. Olymp. VII?

Φιάλαν ὡς εἴ τις ἀφνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἑλὼν
ἔνδον ἀμπέλου καχλάζοισαν δρόσῳ δωρήσεται
νεανίᾳ γαμβρῷ προπίνων οἴκοθεν οἴκαδε πάγχρυσον κορυφὰν
κτεάνων
συμποσίου τε χάριν κᾶδός τε τιμάσαις ἑόν, ἐν δὲ φίλων
παρεόντων θῆκέ νιν ζαλωτὸν ὁμόφρονος εὐνᾶς.
καὶ ἐγὼ νέκταρ χυτόν, Μοισᾶν δόσιν, ἀεθλοφόροις
ἀνδράσιν πέμπων, γλυκὺν καρπὸν φρενός, ἱλάσκομαι
Ὀλυμπίᾳ Πυθοῖ τε νικώντεσσιν . . . . . .

Etiam accuratius servatur νόμος συμποτικός [2]) Isthm. V_1 = VI Christ

Θάλλοντος ἀνδρῶν ὡς ὅτε συμποσίου
δεύτερον κρατῆρα Μοισαίων μελέων
κίρναμεν Λάμπωνος εὐαέθλου γενεᾶς ὕπερ ἐν Νεμέᾳ μὲν πρῶτον,
ὦ Ζεῦ,
τὶν ἄωτον δεξάμενοι στεφάνων
νῦν αὖτ ἐν Ἰσθμοῦ δεσπότᾳ [3])

Fortasse huc referendum fragmentum hymni XXXIV in Bacchum:

οὐδέ πη ἔστι
σεῖ' ἐπιληθόμενον ἱερῆς μεμνῆσθαι ἀοιδῆς.

Mihi quidem haec res antiquiori usui respondere videtur, sed res haud magni momenti.

Fortasse huc pertinet haec formula, quae saepius legitur: Pind Ol. II init.

Ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι
τίνα θεῶν, τίνα ἥρωα, τίνα ἄνδρα κελαδήσομεν.

Utut res se habet, apertum est, et epica carmina et hymnos secuta esse, unde facile intellegi potest, cur epici poetae carmina sua hymnos nominaverint, ut Dionysius Periegeta v. 1181 aliique.

[1]) non discernendos seiungendosque esse a ceteris precationibus hymnos censeo; quippe qui componantur ad exemplar formularum usitatarum, quamvis augeantur et amplificentur; sed rursus precationes, quas quidem tragoediis, carminibus insertas invenimus, hymnis, utpote qui sint solemniores, similes fingi apertum est; quare accidit, ut ea quae Fr. Adami de hymnorum sermone ac dictione enucleavit, mirum in modum congruant cum iis, quae Ausfeld, qui hymnos plane neglexit (quod suo iure reprehendit Zieglerus in diss. p. 6), de precationum formulis nos docet. Attamen verisimilius videbitur eas quoque formulas, quae et in precationibus et in hymnis passim leguntur, ex hymnis in carmina epica translatas esse, si respicies, quae iam disputata sunt.

[2]) cf. locos quos uberrime collegit Bernays Act. Acad. Berol. 1882/83. p. 4 ss ad Philonis περὶ ἀφθαρσίας κόσμου init. et Haupt in Hermae vol. IV, 158,29 = opusc. III, p. 469. Ceterum haec initia si quis propria dissertatione congeret digeretque, operae pretium fore mihi videtur.

[1]) ὕμνος. Ol. II, 9; III, 3; VI, 7,146;
(ὑμνέων) Ol. VII, 25, Pyth. VI, 7.
Nem. I, 5. IV, 17. Isthm. II, 5 etc.
εὔχομαι Ol. III, 2. VI, 53. VII, 23. Pyth. V, 124.
Ol. XIV, 5. Pyth. III, 2.
δέκου Ol. IV, 14. V, 3. VIII, 12.
Pyth. V, 27.
ἱλάσκομαι Ol. VII, 15. ἵλαος Ol. III, 34.
Pyth. XII, 4.
λίσσομαι Ol. XII, 1. Nem. III, 1.
Isthm. III,5.

Quas omnes formulas precationum esse et Ausfeldius et Zieglerus l. c. demonstrant.

[2]) cf. Hugium ad Platonis symp. p. 176 A.

[3]) eadem ratio atque in hymnis homericis; vid. p. 6 adn.

Νηρεΐδεσσί τε πεντήκοντα παίδων ὁπλοτάτου
Φυλακίδα νικῶντος. εἴη δὲ τρίτον
σωτῆρι πορσαίνοντας Ὀλυμπίῳ Αἴγιναν κάτα
σπένδειν μελιφθόγγοις ἀοιδαῖς.

Qua de re hactenus. Quodsi videmus in omnibus fere prooemiis epicorum carminum mentionem haberi dei sive deae — Musam dico —, eam formam prooemii (vide p. 8), quae hunc usum maxime respicit, praecipuum locum tenere verisimile est. Omnino in quovis genere poeseos ea elementa, quae ad deos deorumque cultum pertinent, antiquis ferme ex fontibus repetenda sunt. Sed haec hactenus. Spero me esse probaturum omnia prooemia structurae atque compositionis hymnicae haud expertia esse. Quae coniectura eo confirmatur, quod aliis quoque locis poetae epici hymnos imitari solent, cum etiam in epilogo, in fine, ubi nos commonefacere solent poetae, quo in genere litterarum tractando sint occupati, exstent vestigia sermonis dictionisque hymnicae. Velut in fine hymnorum saepissime numem invocatum compellatur voce χαῖρε, χαίρετε

velut hymn. hom. in Ap. Del. v. 14.

χαῖρε, μάκαιρ' ὦ Λητοῖ . . . . .

hymn. hom. in Ap. Pyth. v. 367 Abel.

καὶ σὺ μὲν οὕτω χαῖρε, Διὸς καὶ Λητοῦς υἱέ·

cf. hymn. hom. X, 4. XI, 5. XIII, 3. XIV, 6. Hesiodi Theog. v. 104 et sescenties legitur.

Callim. hymn. in Iov. 91. Χαῖρε μέγα Κρονίδη πανυπέρτατε . . . .
— — in Ap. 113
— — in Dianam 259 etc.

Saepe invenitur in hymnis Orphicis, Procli aliorum[1]).

Quam formulam imitatus est Dionysius Periegeta, carminis epici quo orbem terrarum describit v. 1181 (Geogr. Graeci ed. Mueller II, 176):

---

[1]) cf. I. Sic. et Ital. 642 Kaibel (lamminae aureae Thurinae)
χαῖρε παθὼν τὸ πάθημα . . . .
θεὸς ἐγένου ἐξ ἀνθρώπου
χαῖρε, χαῖρε . . . .

Ὑμεῖς δ' ἤπειροί τε καὶ εἰν ἁλὶ χαίρετε, νῆσοι,
ὕδατά τ' Ὠκεανοῖο καὶ ἱερὰ χεύματα πόντου
καὶ ποταμοὶ κρῆναί τε καὶ οὔρεα βησσήεντα.
ἤδη γὰρ πάσης μὲν ἐπέδραμον οἶδμα θαλάσσης
ἤδη δ' ἠπείρων σκολιὸν πόρον, ἀλλά μοι ὕμνων
αὐτῶν ἐκ μακάρων ἀντάξιος εἴη ἀμοιβή.

Praetereo vocem μάκαρ, quae persaepe usurpatur in hymnis[1]), sed cum precibus ultimi versus conferatur illa formula hymnica:

hom hymn. in Cererem v. 494.

πρόφρων δ' ἀντ' ᾠδῆς βίοτον θυμήρε' ὄπαζε = hymn. hom. XXX,18 Abel et persaepe.

In hymnis et precationibus usitatissimum est verbum ἵλημι[2]), quo orantur dei, ut faveant, velut hymn. hom. in Ap. Del. v. 165 Abel:

Ἀλλ' ἄγεθ' ἱλήκοι μὲν Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξύν.

hymn. hom. XX,8 Ἀλλ' ἵληθ' Ἥφαιστε, δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον.
— — XXIII,4 Ἵληθ', εὐρύοπα Κρονίδη, κύδιστε, μέγιστε.
— — XXXIV,17 Ἵληθ', εἰραφιῶτα, γυναιμανές . . .[3])

Callimachi hymn. in Cererem v. 138:

ἵλαθί μοι τρίλλιστε μέγα κρείοισα θεάων

hymn. orph. XVII Abel v. 9 codicis Thryllitiani:

ἵλαος εἴης εὐτυχίην μύστῃσι προφαίνων.

— — XVIII v. 19.

ἵλαον ἀγκαλέω σε μολεῖν κεχαρήοτα μύσταις . . .

cf. — — XXXV, v. 6.

Vide nunc, quomodo Apollonius Rhodius finiat Argonautica Δ, 1773:

---

[1]) hom. hymn. VII, 16. XXI, 7. XI, 4. XVII, 5. XXVIII, 8 in orphicis passim.

[2]) permulta testimonia affert Ausfeldius l. c. p. 338; iam apud Homerum legitur.

[3]) tollit hunc versum Hermannus. Tales quaestiones huc non pertinere puto; sit subditicius versus, eo magis respondebit schemati usitato; non inveniunt falsarii, usitatissimum quidque imitantur.

῞λατ᾽ ἀριστήων μακάρων γένος. αἵδε δ᾽ ἀοιδαὶ
εἰς ἔτος ἐξ ἔτεος γλυκερώτεραι εἶεν ἀείδειν ἀνθρώποις.

Sequentibus versibus poeta heroes alloquitur, ut hymnici solent. Apollonius idem in prooemio, quamquam non est hymnus verus, adhibuit formulas hymnorum:

A 1. Ἀρχόμενος σέο, Φοῖβε, παλαιγενέων κλέα φωτῶν
μνήσομαι, οἳ Πόντοιο κατὰ στόμα καὶ διὰ πέτρας
Κυανέας βασιλῆος ἐφημοσύνῃ Πελίαο
χρύσειον μετὰ κῶας ἐύζυγον ἤλασαν Ἀργώ.

Conferatur hymn. hom. in Ap. Del. 1.

Μνήσομαι οὐδὲ λάθωμαι Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο
ὅντε θεοί κατὰ δῶμα Διὸς τρομέουσιν ἰόντα.

— — XXXII,18 Abel: σέο ἀρχόμενος κλέα φωτῶν
ᾄσομαι ἡμιθέων.

— — XXXI,18: ἐκ σέο δ᾽ ἀρξάμενος κλῄσω μερόπων γένος ἀνδρῶν
ἡμιθέων.

Vide quam simile sit prooemium quod confecit Dionysius Periegeta:

Ἀρχόμενος γαῖάν τε καὶ εὐρέα πόντον ἀείδειν
καὶ ποταμοὺς πόλιάς τε καὶ ἀνδρῶν ἄκριτα φῦλα
μνήσομαι Ὠκεανοῖο βαθυῤῥόου· ἐν γὰρ ἐκείνῳ
πᾶσα χθὼν ...... ἐστεφάνωται.

Ut recentior poeta afferatur, vide Manethonis Apotelesm. VI [III] 751 Poet. buc. et didact. ed. Dübner, Lehrs aliique.

Αὐτὰρ ἐγὼ Μούσῃσι καὶ αἰθερίοισιν ἅμ᾽ ἄστροις
εὐξάμενος λιγὺν ὕμνον ἐμὴν καταπαύσω ἀοιδήν.
ἀστέρες εὐφεγγεῖς, Διὸς αἰγιόχου τε θύγατρες
ἵλατε καὶ κλέος αἰὲν ἐμῇ πορσύνετ᾽ ἀοιδῇ[1]).

Quorum exemplorum numerum facile augeri posse nemo non videt. Sed ceteris omissis unum Batrachomyomachiae prooemium idoneum, quod huc referatur, videtur. Quem libellum qui composuit, eius animo obversatum esse videtur illud ἀρχόμενος; sed cum iam non sibi conscius sit usus epici, hunc sensum expromit:

---

[1]) cf. p. 13.

Ἀρχόμενος πρώτης σελίδος χορὸν[1]) ἐξ Ἑλικῶνος
ἐλθεῖν εἰς ἐμὸν ἦτορ ἐπεύχομαι εἵνεκ᾽ ἀοιδῆς ....

Nec mirum est Latinos poetas imitatos esse hunc usum; nam in hac ipsa dissertatione conficienda in dies magis magisque intellexi, quam arta sit cognatio et propinquitas carminum Graecorum Latinorumque; devicit hercle Graecia capta ferum victorem!

Hic unum afferre satis habeo prooemium Punicorum Silii Italici:

Ordior arma quibus coelo se gloria tollit Aeneadum .....

Poetae in mentem venisse vocis ἀρχόμενος, ἄρχομαι manifestum est.

---

[1]) Ludwichii coniecturam χάριν superfluam esse apparet ex his locis inter se fulcientibus:

Colluthi rapt. Helenae v. 24 ed. Weinberger:

Ἐκ δὲ Μελισσήεντος ἀπ᾽ εὐόδμου Ἑλικῶνος
Μουσάων λιγύφωνον ἄγων χορὸν ἦλθεν Ἀπόλλων

Rufi Festi Avieni descriptionis orbis terrae v. 8: (Geogr. Graeci II, 177):

Pierides, toto celeres Helicone(!), venite,
concinat et Phoebo vester chorus .....

Quod coniungas cum v. 1393:

vos clari turba Camenae
nominis ....

Ad secundum versum Batrachom. conferatur Rufi v. 5: intrat Apollo pectora; Ludwichius enim offenderat in verbis ἐλθεῖν εἰς ἦτορ.

Culex v. 19 ite, sorores
Naides, et celebrate deum ludente chorea
(comitantur ipsae quoque Apollinem).

Zieglerus (diss. thes. VII) contulerat Arist. eccl. 882:

Μοῦσαι, δεῦρ᾽ ἴτ᾽ ἐπὶ το ὑμὸσ ντόμα
μελύδριον εὑροῦσαί τι τῶν Ἰωνικῶν.

cf. etiam Luc. Phars. I, 63. ... nec si te pectore vates
accipio ... [Bacche].

Caput II.

Sequitur ut accuratius conferantur prooemia ipsa cum dictione hymnorum, de qua pauca praefanda sunt[1]).

Omnium fere hymnorum initium tale videtur:

Ponitur nomen dei vel in accusativo, qui pendet ex verbis ἀείδω sive Μοῦσα, ἔννεπε sive ὕμνει, vel in vocativo.

adduntur cognomina, quorum numerus saepe haud parvus[2]), substantiva agentis — μεδέοντα atque horum similia —, participia, sententiae relativae, quibus vates orditur historiam sive fabulas de ortu et factis numinis; quae sententiae relativae continuantur absolutis sententiis quasi per anacoluthiam vel parenthesin quandam[3]). Cuius dictionis vide exempla:

hom. hymn. in Mercur. III init.

Ἑρμῆν ὕμνει, Μοῦσα, Διὸς καὶ Μαιάδος υἱόν,
Κυλλήνης μεδέοντα καὶ Ἀρκαδίης πολυμήλου,
ἄγγελον ἀθανάτων ἐριούνιον, ὃν τέκε Μαῖα,
νύμφη ἐυπλόκαμος, Διὸς ἐν φιλότητι μιγεῖσα,
αἰδοίη. μακάρων δὲ θεῶν ἠλεύαθ' ὅμιλον ....

hymn. hom. in Venerem IV, 1.

Μοῦσά μοι ἔννεπε ἔργα πολυχρύσου Ἀφροδίτης
Κύπριδος, ἥτε θεοῖσιν ἐπὶ γλυκὺν ἵμερον ὦρσε .....

— — in Dianam IX.

Ἄρτεμιν ὕμνει, Μοῦσα, κασιγνήτην Ἑκάτοιο,
πάρθενον ἰοχέαιραν, ὁμότροφον Ἀπόλλωνος,

[1]) cf. Adamii l. l. caput primum.

[2]) qua de re vide p. 58.

[3]) cf. Crusius, Die Delphischen Hymnen 1894 (in Philol. vol. LIII pp/.) p. 20.

ἥθ' ἵππους ἄρσασα βαθυσχοίνοιο Μέλητος
ῥίμφα διὰ Σμύρνης παγχρύσεον ἅρμα δίωκεν .....

— — — hymn. in Minervam XI:

Παλλάδ' Ἀθηναίην ἐρυσίπτολιν ἄρχομ' ἀείδειν,
δεινήν, ᾗ σὺν Ἄρηι μέλει πολεμήια ἔργα .....

Mirum in modum cum hoc schemate congruit forma prooemiorum Iliadis et Odysseae:

Μῆνιν ἄειδε, θεά, Πηληιάδεω Ἀχιλῆος
οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγ' ἔθηκεν
πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄιδι προΐαψεν .....

Odysseae:

Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μοῦσα, πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
πλάγχθη, ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσεν .....

Habemus cognomen quoddam sive attributum, id quod ab Aeneidis poeta usurpatum esse neminem fugit, cum is Homerum ipsum imitetur!

Arma virumque cano Troiae **qui** primus ab oris .....
..... profugus ..... venit.

Hic fortasse dixerit quispiam hymnorum poetas ut recentioris aetatis homerica prooemia imitatos esse; sed hymnos, quippe qui ad cultum pertineant, ad antiqua exemplaria revocandos esse nemo negabit, qui non ignorat, quanta pertinacia conserventur res sacrae, quas vel pusillum mutare et novare apud omnes gentes omnibusque temporibus nefasti animi habitum est. Accedit, quod prooemia homerica non inter antiquissimas partes esse videntur, utpote quae maiorem partem carminis iam collectam respiciant. Utut res se habet, certe adhibetur hoc schema persaepe.

Affero Lucretium I,1:

Aeneadum **genetrix**, hominum divumque **voluptas**.
alma Venus, caeli subter labentia signa
quae mare navigerum, **quae** terras frugiferentes
concelebras , ...

Quoniam de hac ratione inter prooemia hymnosque intercedente satis multa dicta videntur, nunc de altera pro-

prietate hymnici sermonis pauca disseram, quam ipsam quoque in prooemiis repeti persuasum habeo.

Quae forma talem in modum constitui potest: numen invocatur, alloquitur vates secunda persona usus; ordiuntur sententiae ex pronominibus σέ σοί (τίν) σός[1]) (sive tu, tibi, tuus) atque horum similia. Sequitur confirmatio voce γάρ (nam) applicata, ut Homerus saepe post allocutionem personarum quarundam sententiam per vocem γάρ adiungit[2]).

cf. Cleanthis hymn. in Jovem: Arnim, Stoicorum veterum fragmenta I, 121 (fr. 537):

κύδιστ' ἀθανάτων, πολυώνυμε, παγκρατὲς αἰεί,
Ζεῦ, φύσεως ἀρχηγέ, νόμου μέτα πάντα κυβερνῶν,
χαῖρε. σὲ γὰρ πάντεσσι θέμις θνητοῖσι προσαυδᾶν.
ἐκ σοῦ γὰρ γένος εἴσ', ἤχου μίμημα λαχόντες
μοῦνοι ὅσα ζώει τε καὶ ἕρπει θνήτ' ἐπὶ γαῖαν.
τῷ σε καθυμνήσω καὶ σὸν κράτος αἰὲν ἀείσω
σοὶ δὴ . . . . πείθεται . . . . .

hymn. orph. LXVIII Ὑγιείας.

Ἱμερόεσσ', ἐρατή, πολυθάλμιε, παμβασίλεια,
κλῦθι, μάκαιρ' Ὑγίεια, φερόλβιε, μῆτερ ἁπάντων.
ἐκ σέο γὰρ νοῦσοι μὲν ἀποφθινύθουσι βροτοῖσι,
πᾶς δὲ δόμος θάλλει πολυγηθὴς εἵνεκα σεῖο,
καὶ τέχναι βρίθουσι. ποθεῖ δέ σε κόσμος ἄνασσα,
μοῦνος δὲ στυγέει σ' Ἀίδης ψυχοφθόρος, αἰεί,
αἰθαλής, εὐκταιοτάτη, θνητῶν ἀνάπαυμα.
σοῦ γὰρ ἄτερ πάντ' ἐστὶν ἀνωφελέ' ἀνθρώποισιν.
οὔτε γὰρ ὀλβοδότης Πλοῦτος γλυκερὸς θαλίῃσιν,
οὔτε γέρων πολύμοχθος ἄτερ σέο γίγνεται ἀνήρ.
πάντων γὰρ κρατέεις μούνη καὶ πᾶσιν ἀνάσσεις.
ἀλλὰ θεά . . . . . .

---

[1]) sensui sufficeret plerumque forma enclitica, quae hic quoque post verba γάρ etc. adhibetur, sed raro. Cf. Indogerm. Forsch. I part. pag. 363 (Wackernagel: Ueber ein Gesetz der indogermanischen Wortstellung).

Sed in hymnis non modo accentus adhiberi videntur, sed interdum producuntur formae σέ soni ictu. cf. pag. 21, adn. 1.

cf. Classen, homerischer Sprachgebrauch I. p. 5 sqq.

cf. Stob. Ecl. I, 86: Wachsmuth.

Τύχα μερόπων ἀρχὰ
καὶ τέρμα, τὺ καὶ σοφίας θακεῖς ἕδρας,
καὶ τιμὰν βροτέοις ἐπέθηκας ἔργοις.
καὶ τὸ καλὸν πλέον ἢ κακὸν ἐκ σέθεν,
ἅ τε χάρις λάμπει περὶ σὰν πτέρυγα χρυσέαν
καὶ τὸ τεᾷ πλάστιγγι δοθὲν μακαριστότατον τελέθει.
τὺ δ' ἀμαχανίας πόρον εἶδες ἐν ἄλγεσι,
καὶ λαμπρὸν φάος ἄγαγες ἐν σκότῳ,
προφερεστάτα θεῶν.

Confer hymnum in Fortunam nuper editum (Berliner Klassikertexte V, 2 p. 143), quem infra exscripsi p. 25, et Synesii hymnum I ed. Flach (vid. p. 21.)[1]).

Comparentur Lucretius I, ubi ambo schemata coniuncta invenies; vox „quoniam“ respondet voci „γάρ“:

---

[1]) Exstat etiam haec forma in christianorum precationibus sermone pedestri compositis; qua de re Wendlandius benigne me docuerat. Constitutiones Apostolorum ed. Lagarde, Leipzig 1862, p. 212,20:

τοσούτων δὲ ἠξιωμένοι τῶν παρ' αὐτοῦ ἀγαθῶν, γενώμεθα αὐτοῦ ἱκέται ἐπικαλούμενοι αὐτὸν διὰ συνεχοῦς δεήσεως καὶ λέγοντες Αἰώνιε σῶτερ ἡμῶν, ὁ βασιλεὺς τῶν θεῶν, ὁ ὢν μόνος παντοκράτωρ καὶ κύριος, ὁ θεὸς πάντων τῶν ὄντων καὶ ὁ θεὸς τῶν ἁγίων καὶ ἀμέμπτων πατέρων ἡμῶν τῶν πρὸ ἡμῶν, ὁ θεὸς Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, ὁ ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων, ὁ μακρόθυμος καὶ πολυέλεος, ᾧ πᾶσα γυμνοφανὴς φαίνεται καρδία καὶ πᾶν κρύφιον ἐνθύμημα ἀποκαλύπτεται. πρὸς σὲ βοῶσι ψυχαὶ δικαίων, ἐπὶ σοὶ πεποίθασιν ἐλπίδες ὁσίων, ὁ τῶν ἀμέμπτων πατήρ, ὁ τῶν μετ' εὐθύτητος ἐπικαλουμένων σε ἐπήκοος, ὁ καὶ σιωπωμένας ἐπιστάμενος ἐντεύξεις (χωρεῖ γὰρ μέχρι σπλάγχνων ἡ σὴ πρόνοια καὶ διὰ συνειδήσεως ἐρευνᾷς ἑκάστου τὴν γνώμην) . . . . .

21. ἐξ ὑπαρχῆς γὰρ τοῦ προπάτορος . . . . .

25. εἶπας γὰρ Ποιήσω . . . .

pag. 217, 23 ὅτε γὰρ θέλεις, πάρεστί σοι τὸ δύνασθαι. τὸ γὰρ σὸν αἰώνιον κράτος καὶ φλόγα καταψύχει καὶ λέοντας φιμοῖ καὶ κήτη καταπραΰνει καὶ νοσοῦντας ἐγείρει καὶ δυνάμεις μετατρέπει καὶ στρατὸν ἐχθρῶν καὶ λαὸν ἀριθμούμενον ἐν τῷ ὑπερηφανεύεσθαι καταστρώννυσιν. σὺ εἶ ὁ ἐν οὐρανῷ, ὁ ἐπὶ γῆς, ὁ ἐν θαλάσσῃ, ὁ ἐν περαιουμένοις ὑπὸ μηδενὸς περαιούμενος. τῆς γὰρ μεγαλοσύνης σου οὐκ ἔστι πέρας. μὴ γὰρ ἡμέτερόν ἐστι τοῦτο, δέσποτα, τοῦ θεράποντός σου λόγιόν ἐστι φάσκοντος —

251, 30. σὸν γὰρ ἦν δημιούργημα . . . . .

252, 12. σὺ γὰρ εἶ ὁ δημιουργός . . . .

Aeneadum genetrix . . . . .
. . . . . per te quoniam genus omne animantum
concipitur visitque exortum lumina solis:
te, dea, te fugiunt venti, te nubila caeli
adventumque tuum, tibi suavis daedala tellus
summittit flores, tibi rident aequora ponti . . . .
nam simulac species patefactast verna diei
et reserata viget genitabilis aura favoni,
aëriae primum volucres te, diva, tuumque
significant initum perculsae corda tua vi[1]).

Ovid Metam. IV, 17:

. . . Liber . . . . tibi enim incon sumpta iuventa est.
tu puer aeternus, tu formosissimus alto
conspiceris caelo, tibi, cum sine cornibus astas,
virgineum caput est; oriens tibi victus adusque
decolor extremo qua tingitur India Gange.
Penthea tu, venerande, bipenniferumque Lycurgum
sacrilegos mactas, Tyrrhenaque mittis in aequor

[1]) Quae occasione usus admoneam Lucretio certe hymnum Cleanthis, quem modo attulimus, obversatum esse. (praeter hymn. hom. in Venerem vv. 1—6, quod Munro adnotat.)

Kiesslingius cogitaverat de prooemio Arateo (cf. Susemihlii commentationem acad. Gryphisvald. 1884 p. V). Sed conferenti mihi et sententias et formam — Aratus enim altero schemate utitur — Cleanthis hymnus utrique exemplo fuisse videtur; cf.

Lucret. 21. quae quoniam rerum naturam sola gubernas
Cleanth. 2. Ζεῦ, φύσεως ἀρχηγέ, νόμου μέτα πάντα κυβερνῶν.
Lucr. 15. ita capta lepore
te sequitur cupide quo quamque inducere pergis.
Cleanth. 7. σοὶ δὴ πᾶς ὅδε κόσμος, ἑλισσόμενος περὶ γαῖαν,
πείθεται, ᾗ κεν ἄγῃς, καὶ ἑκὼν ὑπὸ σεῖο κρατεῖται,
Lucr. 22. nec sine te quicquam dias in luminis oras
exoritur.
Cleanth. οὐδέ τι γίγνεται ἔργον ἐπὶ χθονὶ σοῦ δίχα, δαῖμον,
οὔτε κατ' αἰθέριον θεῖον πόλον οὔτ' ἐνὶ πόντῳ , . . .

Haec divisio mundi alibi quoque invenitur, cf. hom. hymn. in Venerem 4; hymn. in Hecaten iniunctun Hesiodi theog. 413; hymn. orph. XI, 2. XIV, 10. LV, 4 (Abel). Ceterum Arati prooemium falsum (latine servatum cf. Maass Comment. in Aratum reliquiae p. 152) magis congruit cum Lucretiano, quam sincerum.

corpora. tu biiugum pictis insignia frenis
colla premis lyncum . . . . .

atque etiam hymnus in Typhonem papyri Parisinae 179 (editus ab Dietericho de hymnis Orphicis p. 46) documento sit, quam usitatus fuerit hic usus.

σέ[1]) καλέω τὸν πρῶτα θεῶν κόσμον διέποντα
σὲ τὸν ἐπουρανίων σκῆπτρον βασίλειον ἔχοντα
σὲ μεσεόντων τῶν ἄστρων Τυφῶνα δυνάστην
σὲ τὸν ἄνω ἐπὶ τῷ στερεώματι δεινὸν ἄνακτα,
σὲ καλέω φοβερόν, τρομερὸν καὶ φρικτὸν ἐόντα
σέ τὸν δεινόν, ἀμήχανον, μισοπόνηρον,
σὲ καλέω Τυφῶν' ὥραις ἀνόμοις ἀμετρήτοις,
σὲ τὸν ἐπ' ἀσβέστῳ βεβηκότι (βεβηκότα coni.) πυρὶ λιγείῳ,
σὲ τὸν ἄνω χίονων, κάτω δὲ πάγους σκοτεεινοῦ
σὲ τὸν ἐπευκταίων Μοιρῶν βάσιλειον ἔχοντα.

Similem in modum constitutus est Synesii hymn. III.

12—14, 21. σὲ μὲν ἐν πελάγει,
σὲ δ' ὑπὲρ νάσων,
σὲ δ' ἐν ἀπείροις . . . . . .
σὲ μάκαρ μέλπω . . . . .
23. σοὶ νύξ με φέρει . . . . . .
25—27. σοὶ δ' ἀμερίους,
σοὶ δ' ἀῴους
σοὶ δ'ἑσπερίους . . . . . .
191—197. σὺ τὸ τίκτον ἔφυς,
σὺ τὸ τικτόμενον
σὺ τὸ φωτίζον,
σὺ τὸ λαμπόμενον,
σὺ τὸ φαινόμενον,
σὺ τὸ κρυπτόμενον . . . .
IV, 1—4. σὲ μὲν ἀρχομένας
σὲ δ' ἀεξομένας

[1]) „σὲ in versus cuiusque initio acri pronuntiatione productum esse patet". Dieterichus. Vides unde omnino ortus sit hic sermo est exclamantis.

σὲ δὲ μεσσοίσας
σὲ δὲ παυομένας
— 33. σὰ γὰρ ἔργ', ὦ πάτερ.

Quam formam Vergilius quoque secutus prooemium Georgicon libri II conscripsit. Invocat Bacchum, legimus cognomina, allocutiones, parenthesin, quae continet causam invocationis:

Hactenus arvorum cultus et sidera caeli;
nunc te, Bacche, canam, nec non silvestria tecum
virgulta et prolem tarde crescentis olivae.
huc, pater, o Lenaee (tuis hic omnia[1]) plena
muneribus, tibi pampineo gravidus autumno
floret ager, spumat plenis vindemia labris)
huc, pater o Lenaee, veni . . . . . .

Hactenus deus sive dea in prooemio formulis sermoneque hymnorum solemnibus invocabatur; qui usus quam necessarius sit visus epicis poetis inde intellegi potest, quod homines quoque, de quibus in initio carminis verba facere poetae libet, talem in modum compellantur, quasi sint dei. Haud raro ita eius favor voluntasque petitur, cui commendatur et traditur libellus, praesertim cum sit ille homo nobilissimus: nam reges et philosophos summos post Alexandri aetatem a suis ut deos cultos esse constat. Velut Theocritus hymni formis quibusdam usus est, in carmine, quo Ptolemaeum celebrat, in XVII:

'Εκ Διὸς ἀρχώμεσθα καὶ ἐς Δία λήγετε Μοῖσαι,
ἀθανάτων τὸν ἄριστον ἐπὴν ᾄδωμεν ἀοιδαῖς.
ἀνδρῶν δ' αὖ Πτολεμαῖος ἐνὶ πρώτοισι λεγέσθω
καὶ πύματος καὶ μέσσος· ὃ γὰρ προφερέστερος ἀνδρῶν.
136. χαῖρε ἄναξ Πτολεμαῖε· σέθεν δ' ἐγὼ ἶσα καὶ ἄλλων
μνήσομαι ἡμιθέων . . . . .

Huc referendum videtur prooemium tertii libri Lucretiani, quod continet hymnum in Epicurum. De quo Heinzius in comment. pag. 47 hoc iudicat: „Ein Hymnus, wie man wohl gesagt hat, ist das Prooemium nicht; von dem Hymnus an

[1]) cf. Arat. 2. μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί . . . . .

Venus, der das Werk eröffnet, sind die laudes, wie Lucrez selbst sie V, 3 nennt, sehr verschieden". Quae ut non recte dicta esse appareat, exscripsi hoc pooemium inter lineas eis verbis, quae simillima in hymno primi libri leguntur, appositis.

E tenebris tantis tam clarum extollere lumen
qui primus potuisti inlustrans commodo vitae
(illustrat Venus ipsa queque mundum cf. I, 4. 5. 9. 10),
te sequor, o Graiae gentis decus, inque tuis nunc
I,16 te sequitur
ficta pedum pono pressis vestigia signis,
non ita certandi cupidus quam propter amorem
quod te imitari aveo; quid enim contendat hirundo
cycnis, aut quidnam tremulis facere artubus haedi
consimile in cursu possint et fortis equi vis?
tu, pater, es rerum inventor, tu patria nobis
suppeditas praecepta, tuisque ex, inclute, chartis,
floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
omnia nos itidem depascimur aurea dicta,
aurea, perpetua semper dignissima vita.
nam simul ac ratio tua coepit vociferari
I,10 nam simulac species patefactast verna diei
naturam rerum, divina mente coorta,
diffugiunt animi terrores, moenia mundi
I,6 te fugiunt venti
discedunt, totum video per inane geri res.
apparet divum numen sedesque quietae
quas neque concutiunt venti nec nubila nimbis
I,6 te fugiunt nubila caeli
aspergunt neque nix acri concreta pruina
cana cadens violat semperque innubilus aether
I,6 te fugiunt nubila caeli
integit, et large diffuso lumine rident.
I,7 tibi rident . . . . nitet diffuso lumine caelum
Omnia suppeditat porro natura, neque ulla
res animi pacem delibat tempore in ullo.
at contra nusquam apparent Acherusia templa

nec tellus obstat quin omnia dispiciantur,
sub pedibus quaecumque infra per inane geruntur.
his ibi me rebus quaedam divina voluptas
percipit atque horror, quod sic natura t u a v i
I,13 perculsae corda tua vi
tam manifesta patens ex omni parte retecta est.

Negari non potest de industria hymni solemnes formulas secutum esse poetam, praesertim cum minus recte indicavisse Heinzium vel inde appareat, quod Lucretius prooemio libri V plane demonstrat Epicuro deos et heroes potshabendos esse[1]).

Agedum conferamus nunc ea prooemia, in quibus poeta eius, cui dedicatur opus, celebrandi causa hymnorum forma utitur, sive illum morem aulicum sequitur sive sperat fore ut diligentius legatur carmen. Qui usus quin Alexandriae natus sit, ut dubitare non licet, ita epicis in carminibus Alexandrinae aetatis non exstat, cum aut omnino fastidiverint poetae κυκλικὰ ποήματα, aut priorum exemplar diligenter secuti sint. Sed multa invenies exempla iam aevi quod vocatur Augustei, cum saepe invocaverint poetae imperatores Romanos.

Ac primum quidem Vergilius in Georg. libro I invocat Caesarem, postquam alia numina celebravit totumque opus Maecenati dedicavit:

v. 24. tu que adeo, q u e m mox quae sint habitura deorum
concilia incertum est, urbisne invisere, Caesar,
terrarumque velis curam, et t e maximus orbis
auctorem frugum tempestatumque potentem
accipiat cingens materna tempora myrto,
an deus immensi venias maris ac tua nautae
v. 30. numina sola colant, t i b i serviat ultima Thyle
teque sibi generum Tethys emat omnibus undis

[1]) cf. Cic. d. d. nat. I,43 ex illo caelesti Epicuri de regula et indicio volumine Epicurus deus habetur, ut Plato aliique. Sonnenburg de Lucretii prooemiis Rh. M. 62,35 adn. 1. U s e n e r, Epicurea p. 405. S u s e m i h l, Litt. I,92 adn. 412.

anne[1]) novom tardis sidus te mensibus addas,
qua locus Erigonen inter Chelasque sequentés
panditur (ipse t i b i iam bracchia contrahit ardens
Scorpius et caeli iusta plus parte relinquit) —
quidquid eris (**nam** te nec sperant Tartara regem
nec t i b i regnandi veniat tam dira cupido . . .)
da facilem cursum atque audacibus adnue coeptis
ignarosque viae mecum miseratus agrestis
ingredere et vatis iam nunc adsuesce vocari.

Similem in modum loquitur poeta Culicis:

[1]) saepissine haesitant hymnici poetae, quae provincia quodque cognomen deo sit attribuendum. vid. Lobeckii Aglaophamum p. 401, adn. Adamium l. c. p. 230. Wendlandium, „hellen. röm. Kultur, p 78. adn. 1. cf. Hippolyti Philosoph. p. 168 D. Schn. (Reitzenstein, Poimandres Lips. 1904 p. 98.)

εἴτε Κρόνου γένος εἴτε Διὸς μάκαρ
εἴτε Ῥέας μεγάλας, χαῖρε <ὦ>· τὸ κατ-
ηφὲς ἄκουσμα Ῥέας Ἄττι. σὲ κα-
λοῦσι μὲν Ἀσσύριοι τριπόθητον Ἄ-
δωνιν, ὅλη δὲ Αἴγυπτος Ὄσιριν ἐπ-
ουράνιον Μηνὸς κέρας Ἑλλη-
νος σοφία. [Ἕλληνες σοφίαν cod. corr. Wil.,] Σαμόθρᾳκες
Ἄδαμνα σε-
βάσμιον, Αἱμόνιοι Κορύβαντα καί
οἱ Φρύγες ἄλλοτε μὲν Πάπαν, ποτὲ
δὲ <αὖ> νεκὺν ἢ θεὸν ἢ τὸν ἄκαρπον ἢ
αἰπόλον ἢ χλοερὸν σταχὺν ἀμη —
θέντα ἢ τὸν πολύκαρπος [ὃν π Cod.] ἔτικτεν ἀ-
μύγδαλος ἀνέρα συρικτὰν . . . . . . <Ἄττιν.>

Similiter poeta incertus Fortunam alloquitur in papyro nuperrime edita („Berliner Klassikertexte" V,2 p. 143):

πολύχειρε, ποικιλόμορφε πτανο [— —]
θνατοῖς συνομέστιε, παγκρατὲς Τύχα.
πῶς χρὴ τεὰν ἰσχὺν τε δεῖξαι καὶ τεὰν φ[ύσιν];
τὰ μὲν ὑψιφαῆ καὶ σεμνὰ εἰς τεὸν ὄμ[μα —
ὑπήρικας ποτὶ γᾶν νέφος ἀμφιθηκαμέν[α σκότιον]
τὰ δὲ φαῦλα καὶ ταπεινὰ πολλάκις πτερο[ῖ]ς[ι]
εἰς ὕψος ἐξάειρας. ὦ δαῖμον μεγάλα.
πότερόν σε κλῄζωμεν Κλωθὼ κελαιν[άν,]
ἢ τὰν ταχύποτμον Ἀνάγκαν
ἢ τὰν ταχὺν ἄγγελον Ἶριν ἀθανάτων;
πάσων γὰρ ἀρχὰν καὶ τέλος ἅγιον ἔχεις.

v. 24. Et tu, cui meritis oritur fiducia chartis,
Octavi venerande, meis adlabere coeptis,
sancte puer, tibi namque camit non pagina bellum
triste Jovis ponitque . . . . .
v. 27. hoc tibi sancte puer: memorabis et tibi certet
gloria perpetuum lucens, mansura per aevum;
et tibi sede pia maneat locus et tibi sospes
debita felicis memoretur vita per annos,
grata bonis luceus. sed nos ad coepta feramur.

Facete et elegantur Lucanus in prooemio Pharsal. I hymnum in Caesarem coniungit cum invocatione solemni:

v. 41. Caesar . . . . .
v. 44. Te, cum statione peracta
astra petes serus, praelati regia caeli
excipiet gaudente polo, seu[1]) sceptra tenere
seu te flammigeros Phoebi conscendere currus,
telluremque nihil mutato sole timentem
igne vago lustrare iuvet, tibi numine ab omni
cedetur, iuris que tui natura relinquet
quis deus esse velis, ubi regnum ponere mundi . . .
v. 63. Sed mihi iam numen: nec si te pectore vates
Accipio, Cirrhaea velim secreta moventem
Sollicitare deum Bacchumque avertere Nysa.
Tu satis ad vires Romana in carmina dandas.

Quam sub rationem cadunt carmina epica Statii:

Theb. 22. . . . Tuque, o Latiae decus addite famae,
Quem nova mature subeuntem exorsa parentis
Aeternum sibi Roma capit (sequitur parenthesis)
Achill v. 14.
At tu quem longe primum stupet Itala virtus
Graiaque, cui geminae florent vatumque ducumque
certatim laurus — olim dolet altera vinci —
da veniam ac trepidum patere hoc sudare parumper
pulvere. te longo necdum fidente paratu
molimur magnusque tibi praeludit Achilles.

[1]) de formula εἴτε — εἴτε iam supra diximus in p. 25 adn. 1.

Quam consuetudinem poetarum siquis respiciet, fortasse Germanicum suo iure Arati prooemium hoc modo immutavisse concedet; successit in Iovis locum pater, qui rite invocatur:

Ab Iove principium magno deduxit Aratus.
carminis. at nobis, genitor, tu maximus auctor;
te veneror, tibi sacra fero doctique laboris
primitias. probat ipse deum rectorque satorque.
quantum etenim possent anni certissima signa
qua sol ardentem Cancrum rapidissimus ambit
diversasque secat metas gelidi capricorni,
quave Aries et Libra aequant divortia lucis,
si non tanta quies, te praeside, puppibus aequor
cultorique daret terras, procul arma silerent?
Nunc vacat audaces in caelum tollere vultus
sideraque et mundi varios cognoscere motus,
navita quid caveat; quid scitus vitet arator,
quando vatem ventis aut credat semina terris.
Haec ego dum Latiis conor praedicere Musis,
pax tua tuque adsis nato numenque secundes!

Ceterum similem in modum Lucretius I, 29 Venerem orat, ut a Marte pacem impetret:

effice, ut interea fera moenera militiai
per maria ac terras omnis sopita quiescant.
nam tu sola[1]) potes tranquilla pace iuvare
mortales . . . . .

quocum iam Maassius (Orpheus p. 198), ut nunc video, contulerat hymn. hom. in Martem v. 16.

ἀλλὰ σὺ θάρσος
δὸς μάκαρ, εἰρήνης τε μένειν ἐν ἀπήμοσι θεσμοῖς
δυσμενέων προφυγόντα μόθον κῆράς τε βιαίους[2]).

[1]) voce solus, μοῦνος abutuntur hymnorum poetae, cum fere omnibus omnia „sola“ „solis“ tribuunt. cf. hymn. orph. LVIII,8; LIX,11; LXI,3; LXVIII,6,10; LXII,8; LXXIV,6; LXXXV,3; LXXXVII,8. vide Verg. georg. I,30 quod supra p. 24 exscripsimus, et p. 29, ubi apud Christianos invenies eandem locutionem.

[2]) unde cognoscitur falso hunc hymnum recentioris aetatis haberi. cf. **Maassius** l. l. p. 198.

Venio iam ad illa tempora, quibus post Latinum, ut ita dicam, interregnum in historia poeseos epicae — Graeca enim carmina, si scribebantur sub Christi aetatem, at certe non iam exstant — Graeci quasi restituutur in regna Homeri, quamvis abhorreant ab eo illi Homeridae, ut utar hoc nomine, quo ut appellaretur nemo unquam epicorum non optavit. Prooemia autem carminum illius aetatis non modo reddunt formam, quam supra repperimus, sed nimii fere sunt in servanda regula normaque priorum, quae qualis fuerit ab his recentioribus non minus disci posse apparet.

Proinde conferamus Oppiani Halieuticorum librum III, qui incipit ex duobus hymnis, altero in imperatorem, altero in Mercurium:

Νῦν δ' ἄγε μοι σκηπτοῦχε, παναίολα δήνεα τέχνης
ἰχθυβόλου φρόζευ καὶ ἀγρευτῆρας ἀέθλους
θεσμόν τ' εἰνάλιον ξυμβάλλεο, τέρπεο δ' οἴμῃ
ἡμετέρῃ. σοῖς μὲν γὰρ ὑπὸ σκήπτροισι θάλασσα
εἴλεῖται καὶ φῦλα Ποσειδάωνος ἐναύλων
ἔργα δέ τοι ξύμπαντα μετ' ἀνδράσι πορσύνονται.
σοὶ δ' ἐμὲ τερπωλήν τε καὶ ὑμνητῆρ' ἀνέηκαν
δαίμονες ἐν κιλίκεσσιν ὑφ' Ἑρμαίοις ἀδύτοισι.

Quod poetae, qui in Cilicia natus est, ansam praebet hymni in Mercurium inserendi, id quod argumento est, quemadmodum obstrictus sibi visus sit poeta arte epica, ut vel tali occasione utatur:

Ἑρμεία, σὺ δέ μοι πατρώιε, φέρτατε παίδων
αἰγιόχου, κέρδιστον ἐν ἀθανάτοισι νόημα
φαῖνε . . . . . . Mercurius rite invocatur.

Sed multo ineptius videtur, quod Oppianus in IV. libro Halieut., cum dicit de generatione piscium, solemnem hymnum in Amorem inserit. cf. v. 11:

Σχέτλι' Ἔρως, δολομῆτα, θεῶν κάλλιστε μὲν ὄσσοις
εἰσιδέειν, ἄλγιστε δ' ὅτε κραδίην ὀροθύνεις . . .
(viginti sequentibus versibus explicatur vis Amoris.)

Caput III.

Venio iam ad aliam proprietatem quandam prooemiorum, quae quin ipsa quoque cum hymnis cohaereat equidem non dubito. Nam persaepe in prooemiis enumerantur aliquae res, praesertim si poeta ut didacticus nos docere studeat genera lapidum, piscium, medicaminum, stellarum. Minime mirum id quidem: poeta specimen quoddam proponit rerum accurate exponendarum, indicem quendam, ut similiter primo hymno orphico dei enumerantur, qui postea singulis hymnis celebrandi sunt. (vide pag. 35.) Sed etiam aliud reppererunt didactici, quod enumerarent, velut Oppianus in II libro Cynegeticorum catalogum venatorum antiquorum heroicorum composuit. Alia vero res multo magis mira; nam ceteri quoque epici poetae sunt mire propensi ad res paratactice enumerandas; cf. Musaei epyllii prooemium:

Εἰπέ, θεά, κρυφίων ἐπιμάρτυρα λ ύ χ ν ο ν ἐρώτων
καὶ νύχιον π λ ω τ ῆ ρ α θαλασσοπόρων ὑμεναίων
καὶ γ ά μ ο ν ἀχλυόεντα, τὸν οὐκ ἴδεν ἄφθιτος Ἠώς
καὶ Σ η σ τ ὸ ν καὶ Ἄ β υ δ ο ν ὅπῃ γάμος ἔννυχος Ἡροῦς
νηχόμενον (Dilthey: οἰχόμενον) δὲ Λ έ α ν δ ρ ο ν ὁμοῦ καὶ
λ ύ χ ν ο ν ἀκούω.

Res dissimillimae simpliciter voce καὶ annectuntur.

Idem apud Lucanum videmus. Sed hoc loco causam meam dicat Fronto (p. 157. Naber):

Unum exempli causa poetae prohoemium commemorabo, poetae eiusdem temporis eiusdemque nominis (atque Seneca quem modo perstrinxerat); fuit aeque Annaeus. Is initio carminis sui septem primis versibus nihil aliud quam „bella

plus quam civilia“ interpretatus est. Nu[nc hoc] replicet quot sententiis? „iusque datum sceleri“: una sententia est: „in sua victrici conversum viscera dextra populum“, iam haec altera est: „cognatasque acies“: tertia haec erit: „in commune nefas“: quartam n u m e r a t: Infestisque obvia signis. [Apel]lat quoque quintam: Signis pares aquilas: Sexta haec Herculis aerumna: Et pila minantia pilis: Septima: de Aiacis scuto corium. Annaee, quis finis erit?

Aut si nullus finis nec modus servandus est, quur non addis et similes lituos? Addas licet „et carmina nota tubarum“? Sed et loricas et conos et enses et balteos et omnem armorum supellectilem sequere.“

Videmus Frontonem in Lucano eandem consuetudinem castigantem, quam in Musaeo invenimus. Frontoni concedemus Lucanum similiter ac Senecam morem turpissimum rhetorum sequi, qui eandem sententiam milliens alio atque alio amictu indutam referant. Sed favisse huic usui morem epicum quendam persuasum habeo. Fortasse haec quoque prooemia huc referenda sunt:

„Fortunam Priami cantabo et nobile bellum“

(poeta cyclicus, qui ab Horatio in artis poeticae vv. 135 sqq. similiter reprehenditur ac Lucanus a Frontone; cf. Kiesslingium-Heinzium ac hunc locum).

Aeneidos: Arma virumque cano.

Oppianus in Hal. I,1 ter eandem rem exponit:

Ἔθνεά τοι πόντοιο πολυσπερέας τε φάλαγγας
παντοίων νεπόδων, πλωτὸν γένος Ἀμφιτρίτης,
ἐξερέω . . . . .[1]).

---

[1]) Fortasse, si huius usus reminisceris, minus offendes in prooemio quodam Claudiani, quod praemittit epyllio de raptu Pros. lib. I. Ubi legitur:

Inferni raptoris equos, afflataque curru
Sidera Taenario, caligantesque profundae
Junonis thalamos audaci promere cantu
Mens congesta iubet.

Nonne vides poetam illo usu obstrictum quasi discerpere fabulam et singulatim enumerare substantiva? Quid mirum si ipse quasi conscius legis epicae sano iudicio se „congesturum esse“ tenore narrati-

Persaepe epici non ponunt nomen ipsum eius, quem celebrant, sed fabulam adumbrant, velut

ἄνδρα μοι ἔννεπε et quae sequ.
κλέα φωτῶν μνήσομαι Apoll. Rh. Arg, I,1.

Valerius Flaccus Argonautica hisce verbis incipit:

Prima deum magnis canimus freta pervia natis
fatidicamque ratem[1]) Scythici quae Phasidos oras
ausa sequi . . . .;

non dicit de personis nisi dativo usus „natis“

Iliadis prooemium ipsum quoque in hoc genus cadere nemo non videt. Nescio au cum hisce rebus conferendus sit precantium mos nominis ipsius vitandi divini; cumulantur enim interdum cognomina, priusquam vates nomen ipsum numinis effari ausit[2]); cf. hymn. orph. II (Abel) in Eileithyiam:

Κλῦθί μοι, ὦ πολύσεμνε θεά, πολυώνυμε[3]) δαῖμον,
ὠδίνων ἐπαρωγέ, λεχῶν ἡδεῖα πρόσοψι,
θηλειῶν σώτειρα, μόνη φιλόπαις . . . . .
v. 6. ἣ κατέχεις οἴκους πάντων θαλίαις τε γέγηθας
λυσίζων', ἀφανής . . . . . .
v. 9. Εἰλείθυια, λύουσα πόνους δειναῖς ἐν ἀνάγκαις.
μούνην γάρ σε καλοῦσιν λεχοί, ψυχῆς ἀνάπαυμα.
ἐν γάρ σοι τοκετῶν λαθικηδέες εἰσιν ἀνῖαι
Ἄρτεμις Εἰλείθυια, καὶ ἡ σεμνὴ Προθυραία.

Quin etiam, quae non cecinerunt, enumeraverunt persaepe poetae in prooemiis; velut:

Verg. georg. III,3: cetera . . . .
omnia iam volgata: quis aut Eurysthea durum
aut inlaudati nescit Busiridis aras?
quoi non dictus Hylas puer et Latonia Delos

---

onis illa frusta dilacerata profitetur? Sed utcumque res se habet, neque Birtius neque alius ad hunc locum probabiliora prompsisse mihi videtur.

[1]) Νῆα μὲν οὖν οἱ πρόσθεν ἐπικλείουσιν ἀοιδοί. Apoll. Rh. I,18.

[2]) de hoc more aliarum quoque gentium exempla large collegit Maassius Orph. p. 69 sqq.

[3]) de πολυωνυμία vide p. 33 med.

Hippodameque umeroque Pelops insignis eburno,
acer equis? . . . .

Sensus similis ac Choerili prooemii:

νῦν δ' ὅτε πάντα δέδασται . . . . . .

de quo supre disputatum est[1]).

Sequitur Aetnae carminis quod inscribitur auctor, qui diligenter exponit in prooemio quas fabulas de Aetna vulgatas non sit dicturus.

Oppianus denique in prooemio libri I Cynegeticorum sese colloquentem fingit cum Diana de rebus non cantandis. Idem in eodem prooemio enumerat modos falsos venandi. (vers. 50 sqq.)

In carmine Sulpiciae (Persius-Iuv. ed. Jahn-Buecheler p. 223) enumerantur metra:

Musa quibus numeris heroas et arma frequentas,
fabellam permitte mihi detexere paucis.
nam tibi secessi, tecum penetrale retractans
consilium. quare nec carmine curro Phalaeco,
nec trimetro iambo, nec qui pede fractus eodem
fortiter irasci discit duce Clazomenio;
cetera quin etiam quot denique milia lusi
primaque Romanus docui contendere Graiis
et salibus variare novis, constanter omitto,
teque, quibus princeps et facundissima calles,
aggredior. precibus descende clientis et audi.

Quo loco conferatur prooemium Persii satir. V[2]), ubi invenies et hanc praeteritionem, ut utar verbo rhetorico, et invocationem eius hominis v. 21 ss, ad quem scribit poeta, formulis hymnorum facete expressam; utitur poeta locis Hesiodeis et Homericis, Il. II 489. Sed iam satis apparet res maxime varias in prooemiis enumerari. Unde fluxisse putamus hunc usum mentione dignissimum? Ut aliae proprietates, hanc

[1]) Idem Vergilius similem in modum in ecloga sexta res, quas Cornelius Gallus cantavit, enumerat. cf. Skutsch, Vergils Frühzeit I p. 50.

[2]) de hoc specimine quodam prooemii benigne me docuit Wendlandius.

quoque ad hymnorum sermonem revocandam esse facile demonstratur. Ac primum quidem iam antiquis temporibus cumulantur cognomina deorum, quam formam hymnorum simplicissimam et primigeniam apud omnes gentes fuisse large ac dilucide demonstravit Maassius l. c, p. 126. Iam multa leguntur cognomina in hymn. hom. III. in Mercurium v. 13:

καὶ τότ' ἐγείνατο παῖδα πολύτροπον αἱμυλομήτην
ληιστῆρ' ἐλατῆρα βοῶν, ἡγήτορ' ὀνείρων,
νυκτὸς ὀπωπητῆρα, πυληδόκον, ὃς . . . . .

viginti cumulantur in hym. hom. VIII in Martem, quem inter homericos esse numerandum suo iure censet Maassius l. l. p. 198. Hymni vero anonymi in Bacchum et Apollinem (Abel Orph. p. 284) nihil sunt nisi cognomina novem et nonaginta[1]) ordine litterarum instructa. Laurentius denique Lydus (de mensibus p. 118,16 Wuensch)[2]) nobis tradit: ἐν τοῖς ὕμνοις ἐγγὺς τριακοσίοις ὀνόμασιν εὑρίκομεν καλουμένην τὴν Ἀφροδίτην.

Quocum conferatur Ovid. met. IV, 11, ubi bene apparet, quae sit causa huius πολυωνυμίας quae dicitur:

Turaque dant, Bacchumque vocant Bromiumque Lyaccumque
ignigenamque satumque iterum solumve bimatrem.
additur his Nyseus indetonsusqne Thyoneus,
et cum Lenaeo genialis consitor uvae,
Nycteliusque Eleleusque parens et Iacchus et Euhan
et quae praeterea per Graias plurima gentes
nomina, Liber, habes[3]). tibi enim . . . . . .

quem usum Christianos in suis liturgiis habuisse multis exemplis Maassius p. 197 demonstrat. Hoc addo eam quoque formam litaniarum sive hymnorum, in quibus sententiae

[1]) mirum in modum congruit numerus cum precationibus Arabum et Indorum. cf. Maass l. l. p. 200 adn. 51: „Der muslimische Rosenkranz besteht aus 99 Kügelchen, deren jedes einem der Epitheta Allahs entspricht."

[2]) Lobeck Aglaoph. I,401.

[3]) „nomina numinibus ex officiis constat imposita". Serv. ad Verg. georg. I,21 (Thilo p. 137).

relativae sive epitheta apposita asseruntur, ad Graecorum hymnorum exemplar revocandam esse. cf. hymn. magic. V,10 Abel. (Orph. pag. 293):

Τισιφόνη τε Μέγαιρα καὶ 'Αλληκώ, πολύμορφε,
ἡ χέρας ὁπλίζουσα κελαιναῖς λαμπάσι δειναῖς,
ἡ φοβερῶν ὀφίων χαίτην σείουσα μετώποις,
ἡ ταύρων μύκημα κατὰ στομάτων ἀνιεῖσα,
ἡ νηδὺν φολίσιν πεπυκασμένη ἑρπυστήρων . . .

Imprimis enim eis numerationibus vim magicam inesse credebant homines, quae pari initio inter se connectuntur: cf. hymn. magic. I,9 Abel: sexies ponitur verbum ὁρκίζω vv. 9—15, ter vv. 28—30.

De voce σέ decies repetita vide supra p. 34.

Venio iam ad longe aliud genus hymnorum, quod ipsum quoque huc quadrare apertum est. Interdum enim non unus deus invocatur, sed omnes nomine alloquitur vates. Talem hymnum nobis servavit Stobaeus ecl. I,1, 31 (S. 31a Wachsmuth)

„Poetae ignoti“

'Ηρακλέους κρατεροῦ, ὃς γᾶν ἐκάθαρεν ἅπασαν
πετροβάτα τε θεοῦ, Πανὸς νομίοιο βρυάκτα,
θείω ἰατῆρος τ' 'Ασκληπιοῦ ὀλβιοδώτα,
πρεσβίστας τε θεᾶς 'Υγιείας μειλιχοδώρου,
ναυσί τ' ἐπ' ὠκυπόροισι Διοσκούρων ἐπιφαντᾶν,
Κουρήτων θ', οἳ ματρὶ Διὸς 'Ρεᾷ ἐντὶ πάρεδροι,
καὶ Χαρίτων μεμνᾶσθαι ἐν ἔργῳ παντὶ μέγιστον,
ἠδὲ Χρόνου παίδων 'Ωρᾶν, αἳ πάντα φύοντι,
Νυμφᾶν τ' οὐρειᾶν, αἳ νάματα κάλ' ἐφέποντι.
ὑμνέωμες μάκαρας, Μοῦσαι Διὸς ἔκγονοι ἀφθίτοις ἀοιδαῖς[1]).

Confer etiam hymn. hom. XIV in matrem dearum:

καὶ σὺ μὲν οὕτω χαῖρε θεαί θ'ἅμα πᾶσαι ἀοιδῇ

Quod genus hymnorum legimus in Hesiodi theog. prooem. v. 11, apud Oppianum Hal. II,17, apud Vergilium Georg. I,21,

---

[1]) Ultimum versum ab editoribus a ceteris separatum coniunxit cum antecedentibus Wilamowitzius (Timotheos, Die Perser p. 91 adn. 2,) cui videtur hoc prooemium citharodicum.

quem ad locum Servius nobis tradit, unde fluxerit usus, de quo verba facimus: (Thilo p. 137): „*dique deaeque omnes*“: *post specialem invocationem transit ad generalitatem, ne quod numen praetereat, more pontificum, quos ritu veteri in omnibus sacris post speciales deos, (per) quos ad ipsum sacrum, quod fiebat, necesse erat invocari, generaliter omnia numina invocabantur*[1]).

Admoneam breviter de Orph. Argonaut. prooem., ubi v. 7 enarratur, quae numina colenda instituerit quotque cantaverit Orpheus, quem a Christianis τῆς πολυθεότητος πρῶτον διδάσκαλον appellatum esse Lobeckius Aglaoph. I,438 docet. Haec quoque species hymnorum apud Christianos invenitur qui decantare solebant — apud catholicos hodie quoque solent — litanias „in omnes sanctos“ atque horum similia.

Quae cum ita sint, nescio an prisca forma epicorum carminum, theogoniarum, genealogiarum similem in modum constituta fuerit; id quod de Eoeis[2]) quae vocantur constat; ut iam verisimile videri possit, hanc vim Musarum invocationibus olim fuisse, ut adiuvaretur poetae memoria, ne quid oblivisceretur rerum enarrandarum; an putabimus frustra vates Mnemosynae filias Musas Μελέτην, Μνήμην, 'Αοιδήν[3]) appellasse, ut iam scriptum legimus apud Hesiod. theog. vv. 54.915, hom. hymn. in Mercurium v. 429?

Quam ad rem bene quadrat, quod mediis quoque in carminibus cum omnino ante res magnas describendas tum saepissime ante enumerationem quandam Musas denuo invocantur, ut confirment memoriam poetae. Velut Hom. Iliad. B. 484:

ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι 'Ολύμπια δώματ' ἔχουσαι,
ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε πάρεστέ τε ἴστε τε πάντα

---

[1]) cf. formulas iurantium:

ὄμνυμι τοὺς θεοὺς πάντας καὶ ἁπάσας

(Rehdantzii ind. ad. Dem. II,28 sqq.

[2]) Hermesianacti enumeranti puellas feminasque a poetis celebratas hanc formam obversatam esse puto: Athen. XIII,597 Οἵην μὲν φίλος υἱός . . . . . quamquam falso putavit 'Ηοίην fuisse puellam, (v. 24), cuius erroris ipse auctor fuisse non videtur. vide Skutsch l. l. p. 50.

[3]) Pausan. IX,29. 2.

ἡμεῖς δὲ κλέος οἶον ἀκούομεν οὐδέ τι ἴδμεν,
οἵτινες ἡγεμόνες Δαναῶν καὶ κοίρανοι ἦσαν.
πληθὺν δ'οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ὀνομήνω
οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν,
φωνὴ δ' ἄρρηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη,
εἰ μὴ Ὀλυμπιάδες, Μοῦσαι, Διὸς αἰγιόχοιο
θυγατέρες, μνησαίαθ', ὅσοι ὑπὸ Ἴλιον ἦλθον·

Imitati sunt hunc locum: Verg. Georg. II versibus 42 sq.

non ego cuncta meis amplecti versibus opto . . .
non mihi si linguae centum sint oraque centum
ferrea vox.

cf. etiam Persii sat. V,1. vide supra p. 32.
Praeterea Nonnus Dionys. XIII,43.

. . . . . . εἴπατε Μοῦσαι,
οὐ γὰρ ἐγὼ τόσα φῦλα δέκα γλώσσῃσιν ἀείσω
οὐδὲ δέκα στομάτεσσι, χέων χαλκόθροον ἠχώ,
ὁππόσα Βάκχος ἄγειρε δορυσσόος, ἀλλὰ λιγαίνων
ἡγεμόνας καὶ Ὅμηρον ἀοσσητῆρα καλέσσω
εὐεπίης ὅλον ὅρμον, ἐπεὶ πλωτῆρες ἀλῆται
πλαγκτοσύνης καλέουσιν ἀρηγόνα κυανοχαίτην
πρῶτα μὲν . . . . .

Idem XIV,15 pugnantes enumeraturus:

ἀλλὰ μετὰ βροτέην προμάχων ἡρωίδα φύτλην
καὶ στρατιὴν ζαθέην με διδάξατε, Φοιβάδες ὀμφαί.
πρῶτα μὲν ἐκ Λήμνοιο . . . . . .

Iam Apollonius Rhodius hunc morem secutus scripsit I,20:

νῦν ἂν ἐγὼ γενεήν τε καὶ οὔνομα μυθησαίμην
ἡρώων, δολιχῆς τε πόρους ἁλός, ὅσσα τ' ἔρεξαν
πλαζόμενοι. Μοῦσαι δ' ὑποφήτορες εἶεν ἀοιδῆς.
πρῶτά νυν Ὀρφῆος μνησώμεθα . . . . .

Simili de causa Quintus Smyrnaeus XII, 306 Musas invocat.

Longum denique est ostendere, quot locis in fine prooemiorum expositio fiat verbis ὅσσους, ὅσσα, quotque locis narratio sive caput incipiat verbis πρῶτον, πρώτιστα, primum; quae omnia cum consuetudine enumerandi consentire apparet.

Vita.

Natus sum Julius Augustus Henricus Stenzel die IX. mensis Februarii anni 1883 Vratislaviae,. patre Julio matre Hadwiga e gente Lagler. Fidei addictus sum catholicae. Litterarum elementis imbutus per novem annos gymnasium Vratislaviense, quod a nomine regis Guilelmi appellatur frequentavi. Anno 1902 maturitatis testimonium adeptus in universitate Leopoldina Vratislaviensi studiis archaeologicis historicis philologicis philosophicis incubui. Docuerunt me viri doctissimi:

Baumgartner, Cichorius, Ebbinghaus, Foerster, Freudenthal, Hoffmann, Jacoby, Koch, Kuehnemann, Norden, Semrau, Skutsch, Wendland, Wuensch.

Seminariorum archaeologici historici, philologici, philosophici, psychologici sodalis ordinarius fui moderantibus Baumgartnero, Cichorio, Ebbinghausio, Foerstero, Freudenthalio, Kuehnemannio, Nordeno, Skutschio, Wendlando, quibus omnibus gratiam iustam habeo semperque habebo. Hoc loco Felici Jacoby. qui huius libelli concipiendi auctor erat, et Wendlandio, qui in conficiendo hoc opusculo consilio et opera benigne me adiuvit, debitas gratias ago.

Autumno anni 1907 examen pro facultate docendi sustinui Deinde seminarii paedagogici cum gymnasio regio Bytomiensi coniuncti sodalis eram, cum die IX. Februarii ad gymnasiam Vratislaviense regis Guilelmi ablegatus sum, ubi hodie quoque praeceptoribus, qui olim me docuerunt, collegis gaudeo.